



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Vita & Rebus gestis P. Petri Canisii, De Societate Jesv,
Commentarii**

Sacchini, Francesco

Ingolstadii, 1616

Obseruantia erga Præpositos.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41515

decim Friburgi nobili quidem in ciuitate, angulo tamen Prouinciæ: nec celebriorum vrbiū lucem, nec vlla Collegiorum maiorū solatia, nec leuamentum ex peregrinatione vnquam quæsiuiffe? cū tamen primis earum terrarum assuetus esset conuentibus, & in perpetuo discursu plerunq; egisset ætatis; atq; adeo Præpositi Generales vltro cohortarentur, vt subindè respirandi causa, & valetudinis roborandæ, quo voluntas inuitaret exiret. Sed ille nec benignitate Præsidum vti voluit, nec valetudini suo magis, quàm Præsidū arbitrato consulere: ibi iucundissime degens, vbi obedientia collocaret. Itaq; in literis quibusdam Friburgo de Germanicis rebus nihil habere significandum ait: quia de tota Prouincia semotus, inquit, & in hunc extremum quasi angulum retrusus videor: sed non sine præsentī consolatione, quam sancta nobis obedientia meritò præbet.

Eodem pertinet modestia, & veneratio, quam cum Præpositis agebat. Si qua de re sententiā suā exponere iuberetur, Veniam antè, postque expositā sententiā precabatur, testificans integra se velle oīa Præpositorū iudiciis, & potiora ea se habiturū: nec deinde aliter gerebat se se, quam si nihil ea

*Observantia
erga Præpositos.*

res ad se pertineret. Eodē deniq; pertinet alacritas, qua opera subiiciebat censuræ omnium, & ad aliorum accommodabat gustum. Nam ideo in opere Mariano paulò aliam tenuit differendi rationem, ac viam, quam in Ioanne Baptista tenebat, quod id cognouit aliquorū magis palato arridere. Totus igitur ex obedientia factus, totus ex humilitate vtraq; sincera, mireque simplici. Eademq; virtutes optabat, ac Deum precabatur vt in Societate nostra in primis florerent. Intelligebat nimirum per illam Sanctorum, qua plenus erat, sapientiam, eas esse maxime capacē celestium donorum materiam, familiaritatis Dei conciliatrices, beatæ pacis tranquillitatisq; parentes, atq; custodes; rerum deniq; bene, & feliciter agenda- rum firmissima fundamenta.

*Simplicitatis
per studiosos.*

Consueuerat supremo tempore ad Tyrones Landspergenses quot annis Friburgo piorū quid monitorum, & ad perfectionem vtilium religio- sæ strenę loco sub nouum annum perscribere: in- terq; alia pulcherrimum illud impense commē- dat: vt omnes, qui in Societatem dant nomē, ma- ximeq; docti, iamque rebus agendis exercitati ad exemplum proponant sibi puerum Iesum: & o-
bedien-